

decif. 129. num. 37., ac propterea Episcopus debet vigilare, non autem dormire, idest negligentia somno detineri, juxta illud *Psal. 120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel*, & videnda sunt, quæ dixi p. 1. art. 6., an negligentia sit culpa Theologica. *Tusch. Vers. Negligentia concl. 31.*

39 Ad quam defensionem, ne negligentia notam incurrat Episcopus, potest, & debet contra quoscunque utrumque gladium adhibere, idest arma temporalia, & spiritualia, alioquin incidat in culpam, de qua in *tex. in c. dilecto de sent. excomm. in 6. §.*, & quidem ibi (*Immo si potest, & negligit, videtur injuriantem fovere, ac esse particeps ejus culpæ*) quibus bene colligitur, quod negligens defendere bona Ecclesiæ censetur particeps culpæ, qua damnatur ipse spoliator, ipse raptor, ipse damnificator, & habetur satis notabiliter in *c. Maximianus Episcopus 23 q. 3.*, ubi laudatur quia invitavit Imperatorem ad defensionem suæ Ecclesiæ, ibi, quod si prætermisisset non fuisset laudanda ejus patientia, sed negligentia merito culpanda, & *Innoc. in c. cum olim in principio de testibus*, quem sequitur *Lapus alleg. 51 num. 17. Vers. ad tertium*, quod eo casu qui libet alius admittitur ad recuperanda bona prædicta.

40 Ita ut etiam non requisitus teneatur, Ecclesiam, ejusque bona defendere, nam propter juramentum ab Episcopo præstitum de defendenda Ecclesia sibi commissa, statim ac noscat Ecclesiæ suæ, vel ejusdem bonis præjudicium inferri, si non defendat, quantum in se est constituatur in mora, ac negligentiam incurrit, ut post *Speculatorem tit. de advoc. §. 1. num. 25. Vers. num. quid is cum aliis, in c. brevi de juram. Sperell. decif. 130. num. 33.*, & non ullam habeat excusationem *Bonifacius VIII. in c. Prælati de homicid. in 6. concedit*, quod Prælati Ecclesiæ possit hujusmodi damnificatores, etiam criminaliter accusare, addita proteflatione, quod non vindictam sanguinis, sed damni emendationem intendit, quia damnum illatum Ecclesiæ, dicitur suum, seu Prælati ad notata per *Barbosam in eod. c. Prælati num. 3.*, *Bonacina de Irregul. disp. 7. quæst. 4. puncto 2. num. 4. 5.*

41 Sicuti etiam Episcopus non servans canones, vel servare non faciens propter talem

negligentiam, dicatur venire contra proprium juramentum, *Zabarella, aliiq. D. D. in c. Ego N. de Jure jurando*, ubi datur forma juramenti quam Episcopus tempore suæ consecrationis jurat, & inter cetera jurat regulas Sanctorum Patrum defendere, & retinere, & licet sit dissensio inter D.D., an ad incurrendum hoc periurium requiratur contemptus, ut voluit *Sperell. decif. 100. num. 32.*, vel quocunque modo non servando, ut voluit *Zabarella in d. c. Ego N.*, & quid nomine regularum Sanctorum Patrum venit, quod explicat *Barbosa d. c. Ego N. num. 5.*, ubi, quod incurritur negligentia etiam absque contemptu propter ummam relevantiam reum regularum.

42 Amplia etiam eandem culpam committi ab Episcopo, qui negligit defendere bona Ecclesiasticorum, quia Ecclesiastici, & eorum bona patrimonialia gaudent, & gaudere debent immunitatem à tributis, & exemptionem à gabellis, & collectis: *Clem. Præsentis de censibus* (ibi, *præsentis constitutione jubemus, ut locorum Diocesani contra eos, qui ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, pro earum rebus propriis, quas non negotiandi causa deferunt &c. excommunicationis sententias à Jure prolatas postquam de ipsis consiterit, omnino publicent*) ubi *glos. in Vers. jubemus* notat, quod diocesanos obligat ex præcepto *c. quod præcipitur 14. q. 1.*, ac per consequens *Clementinam* obligare Episcopos, sub mortali, ad defendendum Ecclesiasticorum bona, ex *eod. Clem. colligunt Zabarella ibid. num. 2.*, *Ancharan. sub num. 5. ad finem*, ubi, quod etiam nemine petente potest Episcopus ex officio inquirere in hoc casu, unde in hoc Prælatos malè advertere, & malè ponderare dum negligunt, post prædictos scripsit *Sperellus decif. 37. num. 76. Vers. Inno Clemens*, & post *Vital. num. 50.*, & refert *Sperell. loco citato resolutionem Sacræ Congregationis in Volaterrana 18. Decbris 1692.* videlicet (*Episcopus acriter reprehendatur, quia bona etiam patrimonialia clericorum sunt immunita à collectis laicorum, nec ab Ecclesiasticis etiam spontè dantibus, aut solventibus exigere possunt, absque incurfu censurarum, ideo ut conculat suæ conscientie, ac revocet executionem, & omnia inde sequuta, illiusque Vicarius accedat ad Urbem sub pœna suspensionis, ipso jure incurrenda, ac privationis beneficiorum, & inhabilita-*

bilitatis ad alia obtinenda) quam resolutionem referpsi, non ut cartas implem, sed ut patenter occurrerem excusationi cujusdam olim Episcopi, qui existimabat, se non posse de negligentia condemnari, eo quia omnia reiciebat in Vicarium, dicens, ipse videat, si quæ sunt facienda, aut omitenda, & ipse viderit, si in sibi commissis defecerit, ac propterea se ab omnibus oneribus, & difficultatibus redimebat, nam Sacra Congregatio, supra relata, existimavit, quidem Vicarium punitione dignum, quia malè officio suo fungebatur; sed adhuc Episcopum graviter, seu acriter reprehendendum pronunciavit, quia Vicarium non correxerat, ac ejusdem directionem neglexit in re tanti ponderis, immò *Duardus ad Bullam Cene folio mibi 513. num. 32.* dicit Episcopum negligentem defendere immunitatem Ecclesiasticam incurere excōmunicationem.

43 Pariter tenetur Episcopus clericorum personas à Judice Laico defendere, tamquam ab iniusto exequutore, ita ut si Judex Laicus Clericum caperet, & Episcopus sciens negligeret repetere, eundem in pœnam suæ negligentia teneatur solvere expensas, quas Clericus ex inde faceret in carcere laicali, & expensas remissionis, ac alias, si propter talem moram Clericus aliquas fuerit coactus expensas facere, ad notata per *Boer. decif. 303. num. 12.*, & post eum *Sperell. decif. 18. num. 13.*

Amplia, ut si notabilis nimis esset negligentia Episcopi in defendendo Clericos à Judice laico, juxta immunitatem, & exemptionem Clerico concessam, posset Episcopus, etiam criminaliter puniri: *Farinac. praxi q. 8. nu. 4. vers. Amplia 18.*, *Ambrosin. ad Bullam Greg. XIV. de Immunit. c. 16. nu. 15.*, *Sperell. decif. 17. num. 51.*, ubi, quod etiam incideret in periurium.

44 Ita si oppressos pauperes, sublevare, & adjuvare negligat Episcopus, tamquam gravis culpæ reus puniendus erit, ut decrevit *D. Gregorius relat. in c. Pervenit c. nuntiatum est dist. 84.*, & utinam Episcopi hos canones quandoque attente legerent, fortassis à dissidia excitarentur, & negligens recipere Clericum carceratum à Judice laico, obligabitur ad expensas *Sperell. dicta decif. 18. num. 13.*

45 Septimò Colligitur, ex verbis Profete Eze-

chiel supra descriptis, videlicet, quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, quod contractum non alligastis, quod abiectum non reduxistis &c., quam rectè, & solidè sapientissimus *Sperellus de negligentia, & insipientia* notavit quemdam Ordinarium in *Decif. 138.*, qui ex officio non curavit uxorem, quæ absq; judicio Ecclesiæ diverterat, ad maritum reducere, immò per annum integrum à marito expetitus id neglexit, & post annū decrevit per maritum præstari alimenta uxori, & filiabus absentibus contra Mariti, & Patris voluntatem, non servato juris ordine oscitanter, quasi prauus sit sequutus effectus præcedenti negligentia, & discordia.

46 Negligentia Episcopi in conferendis beneficiis vacantibus, & ad suam collationem spectantibus eum operatur effectum, ut ad Superiorem devolvat pro ea vice ipsorum donationem, seu collationem *c. nullam de concess. præbend. Tusch. pract. concl. in §. Negligentia concl. 35. num. 8.*, & *seqq.* ex regula à generali, quod propter negligentiam Episcopi, Jurisdictio devolvitur ad Archiepiscopum: *Marescot. variar. resolut. lib. 1. c. 54. nu. 9. 10.*, & *13.*, *Rota coram Eno Dño meo Card. Cerro decif. 128. num. 12.*, *Barbosa de Potest. Episcopi tit. 4. nu. 49.*, & *alleg. 126. per totum*, ut autem iste sequatur effectus duo requiruntur, primo, quod Episcopus sciat beneficium vacare, secundo, quod à diæ scientiæ efluxerint sex menses, post quod tempus, & non antea dicitur negligens, & in pœnam negligentia amittit Jus beneficium conferendi pro ea vice, ut est *tex. expressus de utroque requisito in c. licet Magister de supplen. neglig. Prælat.*, *Garzias de Benefitiis p. 10. c. 2. num. 1.*, *Barbosa de potest. Episcopi alleg. 58. num. 1.*, & *seqq. per totum*, ubi *nu. 5.*, quod hoc tempus sex mensium currit de momento in momentum, & quod dies termini computetur in termino, & *alleg. 126. num. 15.*, & *seqq.*, ubi latissimè de negligentia Prælatorum in iis, quæ pertinent ad Jurisdictionem voluntariam, ubi *num. 16.* disputat, an hæc devolutio sit inducta à Jure in pœnam negligentia, vel ob bonum publicum, & ad Ecclesiæ utilitati consulendum, ubi *num. 18.* bene observat, quod hujusmodi devolutio inducta sit à Jure canonico, eaque non sit

inferenda, nisi in casibus ab eodem Jure canonico expressis, & tamquam odiosa potius est restringenda, quam extendenda ad reg. odia, de reg. Jur. in 6., hinc est, quod ante scientiam vacationis beneficii, non potest Episcopo negligentia imputari, ad tradita per Rotam in Spoletana beneficiorum coram Mantica decis. 529. num. 3. inter novissimas per Farinac. collectas, per tex. in c. licet de suppl. neglig. Prælat., Antonell. de tempore legali lib. 3. c. 16. num. 1., & 2.

47 Ad effectum autem, ut Episcopus dicatur negligens, & negligentia præsumatur quæri solet, an Episcopus præsumatur habere scientiam vacationis beneficii in sua Diœcesi vacantis, Barbosa d. alleg. 58. dicit præsumi, eo quia Episcopus, cum teneatur visitare singulis annis suam Diœcesim, & continuè vigilare super ejusdem regimine, ita tenetur scire statum suæ Diœcesis, & ut excludatur culpa, & negligentia in tali visitatione, & notitia oritur præsumptio scientiæ vacationis ejusdem Diœcesis beneficiorum.

48 Quo verò ad negligentiam in usu, & exercitio Jurisdictionis contentiosæ, quænam requirantur, an præter negligentiam aliquid aliud requiratur, ut jurisdictio devolvatur ad Superiorem, recolenda sunt, quæ diximus p. 1. de negligentia in communi artic. negligentia qualiter suppleatur.

49 Quod diximus de scientia præsumpta moderandum est, juxta scripta per Antonell. supra num. 3., quod scilicet hæc notitia vacationis determinari debeat per Judicem, considerata qualitate beneficii, fama, ac modo vacationis, distantia locorum, & aliis circumstantiis: Garzias de Benef. d. p. 10. c. 1. num. 31. 33.

50 Quæ negligentia imputatur Episcopo electo, qui nondum accepisset possessionem Episcopatus, si per ipsum steterit, ut post Rotam, & Jordanum, notat idem Antonell. d. c. 16. num. 5., Garzias de benefic. p. 10. c. 2. num. 22. 23., Barbosa d. alleg. 58. num. 5. post medium, ea generali ratione, quia negligentia nemini debet prodesse, ut diximus p. p. art. in princip., quando per negligentem stat quæ tollat impedimentum.

51 Ita pariter cum non dicatur negligens, qui impeditur agere, nec potest ipse impedimentum tollere c. quia diversitatem de concess. præb., etiam si incurrerit impedimentum

ex sua culpa, quia adhuc verificatur, quod non potest agere, sequitur quod Episcopus, qui vel non accepit possessionem, vel post acceptam, tamen non confert intra sex menses ex impedimento, non dicatur negligens, ac negligentia pœnas non incurrat, sicque elapsis sex mensibus non privetur jure conferendi, sed adhuc post sex menses possit conferre, quia hoc spatium temporis incipit sibi currere tantum cessante impedimento: Garz. d. c. 2. num. 17., & 24., Antonell. d. c. 16. num. 8., ubi post Garz., quod allegas impedimentum deberet illud probare, quia cum sit quid facti, non præsumitur, sed per allegantem venit probandum.

52 Diximus, quod negligente Episcopo conferre beneficium infra sex menses, collatio devolvitur ad Superiorem, veluti Archiepiscopum, si ille erit suffraganeus, vel ad Papam, si ille immediatè Papæ subiiciatur, & sit à quolibet Archiepiscopo, vel Patriarcha exemptus; Barbosa ad Trid. sess. 24. c. 20. de reform. num. 59., Salgad. de Protectione Regia p. 3. c. 13. num. 67., & seqq., qua devolutione facta, Archiepiscopus, vel Patriarcha, habet pariter sex menses, infra quos conferat, alias eo pariter negligente elapsis sex mensibus collatio devolvitur ad Papam arg. c. Ne pro defectu de elect., & negligentia istorum Archiepiscoporum, nempe, aut Patriarchæ operatur eosdem effectus, ac negligentia Episcopi, & tempus sex mensium eodem pariter modo currit, & computatur, & summitur, ut latè Antonell. d. c. 16. num. 16., & seqq., Vivian. de Jure Patron. lib. 12. c. 4. num. 17.

53 In institutione verò præsentati à Patrono ad beneficium, seu Ecclesiam Parochiale brevius temporis spatium, nempe duorum mensium est assignatum Episcopo, intra quod si non instituat præsentatum à Patrono Ecclesiastico, vel laico, vel mixto sit negligens; ita ut præsentatus si prius insteterit pro obtinenda institutione, & infra prædictos duos menses Episcopus, vel Ordinarius non eum instituerit, devolvitur facultas conferendi ad Sedem Apostolicam, vel habentibus indultum, data tamen optione ipsi Patrono pro huiusmodi institutione obtinenda habendi recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem, aut ad Sedem Apostolicam, ut ex consuet. B. Pii V.

incipit

incipit, In conferendis sub datum Romæ 5. Kal. April. 1567. S. 4. ad finem, quæ est 34. in ordine tom. 2. in novis Massobr. praxi habendi concursus requisit. 9. dub. 2., & hoc modo moderanda sunt dicta per Barbosa de potest. Episcopi p. 1. tit. 4. num. 20.

Si verò præsentatus infra prædictos duos menses non insteterit pro institutione obtinenda, tunc devolvitur ad Papam dum taxat: Quaranta in Summa Bullarii, in Vers. Beneficii Parochialis collatio, Vivian. de Jur. patr. p. 2. lib. 12. c. 4. num. 15.; Et si beneficium non sit Parochiale, tunc non reperitur in jure statutum tempus, infra quod institutio sit facienda, unde per solum temporis cursum Episcopus, vel quicumque instituire debens, non sit negligens, si differat institutionem, in eo autem casu, quoniam nimis differat, remedium est, ut Superior assignet certum tempus Episcopo, vel quicumque alteri habenti instituire, infra quod instituat, quo elapso, tunc Episcopus sit negligens, Superior potest ipse instituire jure devoluto, supplendo negligentiam, ut post plures notat Vivian. de Jur. patr. lib. 12. c. 4. num. 9., & seqq.

56 Ut autem possit appellari à denegata, seu retardata institutione ex negligentia Episcopi, requiritur trina interpellatio: Rota in una Feltrina Canonatus. 5. Decemb. 1603. coram Ortembergio, Salgad. de Regia protect. p. 3. c. 13. num. 67., & seqq., facit Trid. sess. 24. c. 20. de reform., ibi Episcopo prius requisito, Barbosa de potest. Episcopi alleg. 72. num. 193., Seraphin. in Calaguritana juris ingrediendi, quæ inter ejus impressas est decis. 455. num. 4.

57 In criminibus verò corrigendis non notorius ex negligentia Episcopi, ut Jurisdictio devolvatur ad Superiorem, necesse est, ut Superior prius Episcopo assignat terminum, post quem tunc devolvit c. irrefragabili s. excessus de officio Judicis ordin., Barbosa de potest. Episcopi p. 1. tit. 4. num. 19. in fine.

58 Alius est casus negligentia Episcoporum, & Archiepiscoporum, scilicet in congreganda Synodo Provinciali, & Diœcesana, quia debet Metropolitanus singulo triennio suffraganeorum Episcoporum Synodum congregare, Episcopi verò Synodum Diœcesanam singulo anno tenentur convocare, & in ea statuere, quæ pro bono regimine Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum noverint

in Domino expedire, sicuti, & quæ pro animarum salute, pro excessibus corrigendis, moribus moderandis, controversiis componendis, viderit necessaria, c. annis singulis dist. 18., Piafec. prax. p. 2. de Synodo num. 1.

Et licet Sacrorum Canonum sanctione poterant antiquitus Episcopi, bis in anno Synodum celebrare c. cum venerabilis de censibus glos. in c. si Episcopus in Vers. permittitur de officio Ordin. in 6., Barbosa de potest. Episcopi alleg. 93. num. 3., Hodie tamen ex Sacro Trid. Concil. sess. 24. c. 2. de reform., semel singulo anno saltem celebrare diœcesanam Synodum tenetur Episcopus, in quo si fuerit negligens suspendendus erit ab executione officii c. sicut olim de accus., immò excommunicationis ad duos menses sententia ferietur, loco autem excommunicationis suspensionem interpretatur glos. ibi in V. excommunicationis c. decernimus dist. 18., c. quando dist. 38., Massobr. de Synodo diœcesana c. 2. dub. 6. num. 5. 6., & quod Episcopus in hoc negligens veniat suspendendus, decisum refert Gavant in Encbiridion Episcoporum Vers. Synodus diœcesana n. 5., & quod incurrat pœnas à Jure statutas, fuisse resolutum, attestatur Selius in selectis canonicis c. 25. num. 30. per sacram Congreg. sub die 26. Junii 1621., & refert Barbosa ad Trid. d. sess. 24. c. 2. sub num. 18., & certum est, quod Trid. d. c. 2. in fine concludit, quod si in his tum Metropolitanus, quam Episcopi, & alii superscripti negligentes fuerint, pœnas sacris canonibus sancitas incurrant: Massobr. de Synodo c. 2. dub. 3. à nu. 3., & hoc esse de præcepto, nisi causa excuset, quæ solet, & debet afferri in visitatione liminum Apostolorum refert declaratum per Sacram Congreg. Tridentini Interpretum Gavant. de Synodo cap. 2. in annotat. num. 6.

59 Ex quibus verbis, tamquam præceptivis, sub gravi pœna colligit Sylvester in V. Concilium ad finem, Metropolitanos, & Episcopos obligari sub mortali, & post eundem, & Gavant. Pax Jordan. elucubrat. divers. tom. 2. lib. 8. tit. 2. sub num. 40. ad fin., ubi num. 41. notat prædictas auctoritates procedere, tam de Synodo provinciali, quàm Diœcesana, & sub num. 37., & 41. valde exclamat, quod hodie, tam Metropolitanorum, quam Episcoporum negligentia in con-